CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

11

GVILIELMI MONACHI

DE PRECEPTIS ARTIS MVSICAE

EDIDIT

ALBERTVS SEAY

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

1965

GUILIELMUS MONACHUS

DE PRECEPTIS ARTIS MUSICAE

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY
ARMEN CARAPETYAN, Ph. D., DIRECTOR

CORPUS SCRIPTORUM DE MUSICA

11

GUILIELMUS MONACHUS
(William the Monk)

DE PRECEPTIS ARTIS MUSICAE

Edited by
Albert Seay

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

11

GVILIELMI MONACHI

DE PRECEPTIS ARTIS MVSICAE

EDIDIT

ALBERTVS SEAY

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY

1965

© 1965 BY ARMEN CARAPETYAN

INTRODUCTION

The *De preceptis artis musicae...* of Guilielmus Monachus has long been one of the major sources of theoretical information on and description of the 15th-century practices of *faulxbordon* and *gymel.* It is not surprising that the treatise has been widely discussed and analysed since its first publication — with some omissions — by E. de Coussemaker in 1869.[1]) Such scholars as Guido Adler, Hugo Riemann, Johannes Wolf, Manfred Bukofzer and Heinrich Besseler, to name only a few, have worked with this material.[2]) In spite of all this attention or, perhaps, because of it, there is still much controversy today over many points and varying interpretations of specific passages discussed by Guilielmus.

Part of the difficulty with this treatise has been due to Coussemaker's faulty version. As with many other treatises he published, there are serious errors here in his version, both in text and in musical examples. To remedy this Bukofzer published an errata list in 1936,[3]) confining himself, however, to only the passages of interest for the study of *faulxbordon* and *gymel.* His list of emendations was extended and corrected by Trumble in 1959,[4]) the two together giving an accurate picture of the text for the sections under scrutiny.[5]) No attempt was made by these scholars or others, however, to correct any of the other portions of the work, nor was there any thought of publishing the sections not included by Coussemaker.[6]) These omissions cause an incomplete view of the range and depth of Guilielmus' teachings.

The present publication is to meet the obvious need for a correct and complete text in the original Latin. An English translation, possible only

1) C. E. H. de Coussemaker, *Scriptorum de medii aevi nova series* [Paris: 1869], III, pp. 273-307. Abbrev: *CS.*

2) For listing of the specific works and others, cf. the bibliography at the end of the introduction.

3) M. Bukofzer, *Geschichte des englischen Diskants* [Strassburg: 1936], pp. 153-156.

4) E. Trumble, *Fauxbordon: An Historical Survey* [Brooklyn: 1959], I, pp. 56-57.

5) One misreading should be noted in Trumble's list. For *semiucem,* his reading for p. 306b, *se invicem* should be substituted.

6) These portions, presented here for the first time, are Section V, *Circa cognitionem cantus firmi,* and Section IX, *Sequitur de tonis.*

Finis palmae contrapunctorum.

[44] *Incipiunt regulae contrapuncti Anglicorum,* quae secundum ipsos Anglicos duobus modis fit. Primus modus, qui apud ipsos communis est, Faulxbordon appellatur. Qui faulxbordon canitur cum tribus vocibus, scilicet, tenore, contratenore et suprano. Secundus vero modus, qui Gymel appellatur, cum duabus vocibus canitur, scilicet, suprano et tenore. Sequuntur regulae dicti modi.

Nota quod, si iste modus canatur secundum ipsos Anglicos, debet assumi supranum cantum firmum, et dictus cantus firmus debet regere supranum sive cantum. Sed hoc intelligendum est in numero perfecto qui numerus perfectus trinarius dicitur, sive talis ternalitas sit in temporibus, sive in semibrevibus, sive in minimis.

Nota quod prima nota cantus firmi, quamquam sit sola, debet esse duplicata, hoc est, debet valere duas de aliis notulis, hoc est, debet valere sex notulas.

Item, si post primam notulam vel secundam reperiantur duae notulae existentes sub eodem puncto, hoc est, sub eadem riga vel eodem spatio, prima debet facere transitum sive passagium existentes sub eodem puncto et sono.

Item, ultima notula eundem quoque facit transitum existentem sub eodem puncto et sono.

Et nota quod istud faulxbordon, ut superius dixi, canitur cum tribus vocibus, tenendo ordinationem dictarum notularum superius dictarum, sed quod habeat supranus pro consonantiis primam octavam et reliquas sextas, et in fine concordiorum sit octava, hoc est, habeat sex et octo pro consonantiis supra tenorem. Contratenor vero debet tenere dictum modum suprani; sed quod habeat pro consonantiis tertiam et quintam altas, hoc est, primam quintam, reliquas tertias; ultimus vero finis concordiorum sit quinta, ut patebit per exemplum.

Modus autem istius faulxbordon aliter posset assumi apud nos, non tenendo regulas supradictas, sed tenendo proprium cantum firmum sicut stat, et tenendo easdem consonantias superius dictas, tam in suprano quam in contratenore, possendo tamen facere sincopas per sextas et quintas, penultima vero existente sexta, et sic contratenor sic faciendo, ut patebit per exemplum.

In isto enim faulxbordon potest aliquotiens fieri contratenor bassus et altus, ut inferius videbitur:

Ex. 54



Cantus firmus

44 f. 27v.

perfecta, quia sola brevis imperficit longam, et brevis valet duas semibreves, et semibrevis valet tres minimas. Et nota quod, si duae minimae ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda alterabit.

⌽ 2 Istud enim signum est signum per medium sui praecedentis quod tenet parem numerum, sed de media parte diminutum.

Ͼ 2 Istud enim signum modi imperfecti, temporis imperfecti et semibrevis perfectae, in quo maxima valet duas , longa duas et brevis duas semibreves, et semibrevis tres . Ibi enim, si duae minimae ponantur inter duas semibreves absque puncto, secunda illarum alterabit.[59] Istud enim signum vulgariter per medium maioris prolationis imperfectae nuncupatur etc.

Ͽ2 Istud enim signum est medium sui antecedentis, sed de dimidia parte diminutum, ibi enim maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, etc.

¢2 Istud enim aequipollet cum signo praecedenti tenendo parem numerum et modum.

Ↄ̸2. Signum istud est adhuc per medium sui antecedentis quod tenet parem numerum, sed de media parte diminutum, etc.

⊙ **33** Signum istud est signum in quo maxima valet tres longas, longa tres breves,[60] et brevis tres semibreves, et semibrevis tres minimas. Et enim istud signum totum ternarium, scilicet, in longis propter ○, in brevibus propter primum **3**, in semibrevibus propter secundum **3**, et minimis propter punctum. Et nota quod si in isto signo ponantur duae longae inter duas maximas absque puncto, secunda illarum longarum alterabit. Et si duae breves ponantur inter duas longas absque puncto, secunda alterabit. Et si duae semibreves ponantur inter duas breves absque puncto, secunda illarum alterabit. Et si duae minimae ponantur inter duas semibreves, secunda illarum minimarum alterabit absque puncto, etc.

⌽33 Istud signum est medium sui antecedentis, quod signum tenet eundem numerum, sed de media parte diminutum, hoc est, maxima accipitur pro longa, longa pro brevi, semibrevis pro minima cum dimidia, etc.

Istud enim signum tenet pares alterationes, et in longis, et in brevibus, et in semibrevibus, et minimis, et non est alia differentia inter istud signum et aliud signum praecedens, nisi quia istud diminuitur de media parte.

Ͼ 33 Signum istud est signum[61] modi imperfecti erga maximam, et modi perfecti erga longam. In quo signo maxima valet duas longas, longa tres breves, et brevis tres semibreves, et semibrevis tres minimas. Maxima enim valet duas longas propter C, et longa tres breves propter primum **3**,

[59] secunda illarum alterabit absque puncto.

[60] *corr ab* semibreves.

[61] (signum) est *add sed del.*